Tecnológico
de Monterrey

879(72)
R.466
1734
Colección
G. R. G. Conway

teris. Iſmenis. Exomis. Herois. Glaucopis. Lyncestis. Mæotis, magneſis, memphitis. Nereis, nilotis. Ometis. Pallãtis, permeſsis, pimpleis, preuritis. Sebethis.

QUARTA DECLINATIO.

S. N. V. us, A. um.

ANfractus, auditus, allapſus, amplexus, aſperius, atritus. *Reliqua excerpuntur ex* Voc. 6. p. 58.

Epitheta ſive Adjectiva primæ, & ſecundæ declinationis.

S. N. us, a, um. V. e, a, um.

Cinnanis, circæus, cervinus, ceroſus, ciurinus, atreus. Folkitus, fontanus. Tantuſdẽ, tantundem, tantidem. Abſurdus, æſtivus, agroſus, auſterus, aſſuetus, aſtutus, atreus, attentus, attractus. Vid. in Vocab. 6. pag. 56.

Epitheta, ſive Adjectiva tertiæ.

S. N. V. is, e, G. Ac. em, e.

Bevalis. Fœnebris, faſsilis, frugalis. Implumis. Menſalis. Ruralis. Servilis. Tibralis. Agreſtis, auſtralis, æqualis, affinis. V. 6. p. 60.

A diſſyllabis ſiunt

S. G. is, A. em. A, e. P. G. ũ.

Ardentis, audacis, audentis, albentis, athrocis. Vid. Vocab. 2. pag. 18.

De Activis, & Paſsivis, eorumque Participijs.

PRIMA INFLEXIO.

ABiuro, ablego. Perdago, prolibo, prorito, proteſo. Quadruplo. *Cætera excerpũtur ex* Voc. 6. p. 60.

A Verbis diſſyllabis fiunt

Albamus, aptamus, armamus, aſſamus, arctamus. V. in Voc. 2. pag. 20. & Voc. 4. pag. 40.

abis, abor. Eris, ere, etur, entur, Ato, antor, ator. Arem, aret, arer, Emuti eris, ere, etur, emur, entur. Arem, a Are. A Præterito procedunt: *avit,* ſyncopen, *aſtis, are. Aram, arat. Ar arit. Aſſem, aſſet, aſſe. Arim, aris, ar*

De Gerundijs.

Gerundia Nominativi : andum, *gerudia Dat. & Ablativi*: ando. *De Gerundijs Adjectivis. Gerundia adjectiva non ideo dicuntur adjectiva, quòd qualitatem alicui adjacentem ſignificent; ſed quia cum Subſtantivis, in genere, numero, & caſu concordant. Reperiunturque in omnibus caſibus, numeris, & generibus:* N. andus, anda, andum. *Accuſat.* andum,

879(72)
R.466
1754
g.e.

dum, andam, andum. *Voc.* ande, anda, andum.

De Participijs.

Duplicia sunt participia, quædam vocis activæ, quædam passivæ. Activa duo, Præsentis, & Futuri in, rus, *G.* Antis, *Acc*, antem, *Abl.* ante. *Plur. G.* antium. *Passiva duo, Præteriti, & Futuri in*, dus, *N.* atus, ata, atum, andus, anda andum, *Ac.* audum, andam, andũ. *V.* ande, anda, andum. *Pl. N. Ac. V.* ata, anda.

SECUNDA INFLEXIO.

DEmordet, demulcet, dissuadet. Commiscet, commordet, commulcet, deterret, detorquet. Emulget, extorquet. Immiscet. Permulcet, permulget, persuadetperterget, pertorquet, percenset præmordet. *Reliqua excerpuntur ex* Voc. 6. pag. 63. *Vnde quadã Præterita nascuntur*: demerdit, demulsit, dissuadit. Cõmordit, commulsit. Detorsit. Emulsit, extorsit. Permulsit, persuasit, perterſit, pertorsit. præmordit. *A Verbis tetrasyllabis, secunda brevi*: Assedit, amovit, admovit. Cõmovit, commansit, concivit, consovit connixit, connivit, consedit, convidit. Demovit, desedit, dimovit. Emãsit, emovit. Insedit, invidit. Obsedit. Permãsit, persedit, à *Persedeo*, & persedit à *Persideo*. Subsedit.

A Præsentibus trisyllabis fiunt

Aug. arc. Cens. compl. Del. depl. Expl. Impl. Pend. Repl. Spond. sorb. Vid. in Voc. 2. p. 21. & 4. p. 41.

Fmus, etis, eris, ere, etur, emur, entur. Ebã. ebat, ebar. Ebo, ebit, ebor. Eto, ento, ere, etor, Erem, eret, erer. Præterita: Auxere, *Complevit*, & per syncopen. *Complestis, Deplest is, cõpleram, complerat, complere.* Gerundia Substantiva: N. Ac. *endum*, D. Ab. *endo*. Partic. Præsentis, & imperfect. G. *entis*, Ac. *entem*, Abl. *ente*. P. G. *entum*. Participij futurũ in, *rus* ã Supinis dissyllabis: *Auscurus. Censurus, Pensurus, Torturus, ra, rum.* A. *rum*, V. *re, ra, rum.* P. N. Ac. V. *ra.*

TERLIA INFLEXIO.

ABdicis, abludis, abradis, ascidis, abrodis, accedis, adnectis. V. *Abdico* Vocab. 6. pag. 63.

O, is, it, or. Et, er E, at, Am, at, ar.

Verba dissyllaba, (quæ mutant vltimam syllabam in: Ebam, ebat, ebar, emus, etis, eris, ere, etur, emur, ẽtur, amus, atis, aris, are, atur, amur, antur. *G.* entis, *A.* entem, *A.* ente, *P.* entum)

CONWAY

tum,) *hic apparet*: Ang. add. Carp. claud. cand. cern. cing. Pollin. posid. provid. Vid. in Vocab. 2. pag. 21. & 4. pag. 40. *à Supinis dissyllabis promanant Participia Futuri in*, rus: *S. Nom.* urus, ura, urum, *A.* urum, ram, rum, *V.* re, ra, rum. *P. N. A. V.* ura. *Participij futurum in*, dus: *S. Nom.* endus, enda, endum, *Accusat.* endum, dam, dum, *V.* de, da, dum. *P. N A. V.* enda. *Gerundium Nouimativi.* endū, *D.* endo, *Ac.* endum, *Abl.* endo. *Gerūdia adjectiva reperiuntur in omnibus casibus, numeris, & generibus*: *Nom.* endus, enda, endum, *Acc.* endum, dam, dum, *V.* ende, enda, endum. *P. N. A. V.* enda.

A Præteritis dissyllabis fiunt

Anxistis. Carpsistis, clausistis, candistis. V de Vocabularium 2. pagina 21. & 4. pag. 40.

Istis, ere, issem, isset, isse.

QUARTA INFLEXIO.

AUdio, accio. ambio, arcio. Cambio, caupio, condio. Barrio. Garrio.

Imus, itis iris, ire, itur, imur

ibam, ibat, ibar, ibo, ibis, ibit, ibor, ire, ito, ire, itor, irem, iret, irer.

A Præsentibus tetrasyllabis formantur.

Confertio, custodio. Delinio. definio, deglutio, devincio. Effertio, effutio, enutrio, emugio, exertio, exaudio, emollio, emunio. Fastidio. Irretio, insignio, Obsepio. Perfnio, perfultio, pollincio, præmunio. Vid. in Vocab. 6.

Fiunt per syncopen.

Audivit, accivit, ambivit. Cambivit, condivit. Barrivit. Garrivit.

Indicat. Præ. *It*,

De Verbis Neutris, & Impersonalibus

PRIMA INFLEXIO.

ADverso, ægroto, æstivo, apploro. Deliro, delumbo. Perdago, perduro, perpoto, præludo, promano. Summano.

O, at, Et Em, et.

A Præsentibus dissyllabis formantur (*mutato*, o *in*: Amus, atis, atur, Abam, abat, abo, abis, abit. Ato emus, etis, etur, ato, anto, ator. Arem, aret. Emus, aris. etur. Arem, aret. Are. *Gerundia*, *N.* andum. *Dat.* an-

879(72)
R.466
1754
G.2.

ARTIFICIOSUM VOCABULARIUM POETICUM,

SEU

PROSODICUM,

DISTINCTVM PER DVODETRIGINTA legitimos pedes vnà cum octo partibus Orationis, earumque Attributis mutua respondentes Manuductioni: quæ septem Centurias Paradigmatis in cellulas, compendiosè redactis enumeratas continet:

IN USUM STUDIOSÆ IUVENTUTIS, non modo perutile, & diligentèr accommodatum, sed maximè necessarium: summa cura, & non minori studio, & usu elaboratum.

A R. P. Fr. PETRO REYNOSO FLORES, & Rivera, Regij, ac Militaris Ordinis B. V. MARIÆ DE MERCEDE Redemptionis Captivorum, Urbis Mexicanæ Alumno, & Filio Conventus eiusdem Civitatis, atque Provinciæ Visitationis semel, & iterum Diffinitore,

EIDEMQUE PURISSIMÆ VIRGINI DICATUM.

MEXICI: EX-TYPOGRAPHIA REGALI D. MARIÆ DE RIVERA
in publicà viâ de Empedradillo Anno Dñi. MDCCXXXIV.

Medina 1961

ARTIFICIOSUM
VOCABULARIUM
POETICUM,
SEU
PROSODICUM.
DISTINCTUM PER DYODETRIGINTA
legitimos pedes vna cum octo partibus Orationis,
eiusque Accidentis: quæ fapiunt Poeticam Manducationis: que fapiunt Ceruisia Prædigmatis in cellulas,
compendiosè tradita: his coniecturas coctores:
IN USUM STUDIOSÆ IUVENTUTIS
non modo pernecessarium, sed etiam
maxime vtile & vsu oblectamentum.

Tecnológico de Monterrey

MEXICI EX-TYPOGRAPHIA REGALI D. MARIÆ DE RIVERA
in publico viâ de Empedradillo Anno Dñi. MDCCXXXIV.

PIJSIMIS, PVRISSIMIS, PVLCHERRIMIS, Modeſtiſsimisq́ Oculis Glorioſiſsimæ, Excelſæ, Sublimis, Eminentis, atque Redemptionis Captivorum Fundatricis Optimæ, Erectiſsimæ maximæ Virginis MARIÆ, Chriſti Domini vnici Dei Patris Filij Matris, & ab omni labe immunis, tuus ſemper devinctiſsimus, atque humillimus Servus Fr. Petrus à Reynoſo Flores, & Rivera, hæc Vocabularia ſupplex ſiſtit, ac reverens ſacrat canens :

O Chariſsimæ Luces,
Nitidiſsimi Soles,
Feliciſsimæ Faces,
Auguſtiſsima Sydera.

Tecnológico de Monterrey

QUINAM, & hę gemmę inter veſtes Attalicas criſpantes, inter Cruces, Calyces, atque Coronas illuſas auro, ſunt? Cuinam, & illud ornamentum pulchrum, ſcilicet monilia antiquo cęlata opere, inter ponderoſas ſtatuas auro, & margaritas inſignes, inter votiva dona reliqua: quibus virginalis Aura floret, quà ſumma omnia nituntur, & gaudent, elementa quatuor, & totidem anni tempora, & orbis quadrifariam duplici diſcretus Oceano, & emenſa quater Cęlo luſtra redeuntia, & quadrigæ ſolis, & duobus Cęli luminibus adjuncti Veſper, & Lucifer: terra, polus, volucres, piſces, feræ

fon-

fontes, volucres, Stellęque matutinę, nisi digitis, & collo? Vnde Ovidius lib. 10. Metam.

Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo?

Cuinam Orientales gemmas, nisi marinæ conchę? Cuinam pretiosos lapides, nisi anulo gestandos offerret amor? Consecraret obsequium? O tutelaris Deipara, anulus es, quæ Christum lapidem pretiosum, & anguilarem in vtero tuleris: Concha es, non marina, sed Mariana, in qua illiquescente Divinitatis rore, vnio coaluit; non margitarum, sed hypostatica. Quæ quidem tu Mater Deo participata habuisti, oculique tui vim quoque magnificam, vnde ipse: *Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum:* ideo ad hoc quidam Poeta:

Magnetem gerit illa oculis operosa pudicis:
Hinc mentem, & sensum magnetis more lacessit.

Iure igitur, cum tibi tantum debeam, quantum nemini creaturarum, ingratus sanè sim, atque ab omni prorsus humanitate alienus, nisi tibi respondeam. Quid enim splendidius excogitari potest tuà erga me benevolentià, atque benignitate? Ea est, Domina mea, tui erga omnes animi propensio, ac benemerendi voluntas, ea in captivos beneficentia, is demum rerum Redemptionis, & nostri, & Regij, ac Militaris Ordinis tuus amor; vt tametsi nulla in me tua extarent merita, te tamen amaturus fuerim, atque veneraturus. Quis, inquam, locus est, qui non beneficijs tuis agitet, inflammet? Nullus,

inquam

inquam, Sancta Deigenitrix, quin admirandam Apparitionis ſpeciem tuæ incutiat. Nunc verò ego mirà tui amoris exardens flammà, quidquid in his pedibus ſtruendis, ſcribendis, corrigendis, evolvendiſque Proſodiæ myſterijs laboris, aut operæ ponendum curaverim, non poteris, quin accipias, quod offerimus munuſculum; lapides damus impolitosquidem, ac rudes, tu pretioſos redde: gemmas ſine luce, & nitore ſqualentes proponimus, tu lucentes, & nitidas effice. Quid ergo, Deigenitrix Virgo, de te ſentiam? Maximus tibi cultus debetur: & illa diſticha addam:

Auroræ vt roſeò clareſcit lumine Cælum,
Illius adventu vt ſydera diffugiunt:
Solis, & ingenti, ceu nix ardore liqueſcit,
Et ſubitò rivos diffluit intenues:
Sic Virgo, Materque Dei dulciſsima venit
Fronte ſerena nitens, præſidium, & columen:
Ipſamet è Cælo apparet, cum in luminis aura
Obſcuras ſubitò pulchra petens latebras.
Nanque poli, mundique ſator, qui cuncta gubernat,
Vt miſerum ſygio liberet hoſte genus,
In tua ſe (humanæ contectus imagine formæ)
(Mirus amor) clauſit viſcera ſancta Deus.
Fertilis eſt tellus, dum mittit cultor aratrum:
Vt vigil ad flores vomere ſignet opus.
Iam verò, Sol clare, tui vi luminis aret,
Et quæ geſtabat pratula, geſtat opes.
In melius mutatur ager, fit florea gemma:

Flos, *qui ſervato nomine, nuper erat.*
En tibi non florem, gemmam pro flore dicavit
Cultor, vt ad tantas apta ſit ire manus.
Nanque tuo, ſi flos adventu gemma niteſcit,
Ducta manu illa nitens, & pretioſa magis.
Hinc fert pro fructu plantas ager, & tibi fructum
Sponte dat ad gratas reſpiciendo manus.

Sed quid ego nunc de his ad te? Quæ tu omnia, & noſti optimè, & magnopere diligis. Itaque mei ego inſtituti non immemor, omne otium in tuà captivorum miſericordià evolvendà conſumebam, quam quidem concinnè, acutèque ſententiæ luminibus quibuſdam, quaſi ſtellulis ornas, & illuſtras prælucens. Hùc igitur advoco ex Dacontio Poeta Chriſtiano deſcriptionem:

Lux *iubar æthereum*, lux *noctis limes*, & *vmbræ*,
Lux *facies rebus cunctis*, & lux *elementis*,
Lux *genitus*, *factiſque calor*, lux *gratia Solis*,
Lux *decus Aſtrorum*, lux *aurea cornua Lunæ*,
Lux *fulgor Cæli*, lux, & *primordia mundi*,
Lux *ſplendor flammæ*, lux *magni temporis index*,
Lux *honor agricolis*, *requies* lux *omnibus ægris*.

Cum itaque mecum ipſe diſpicerem, qua ratione animi erga te mei ſpecimen aliquod darem, vt te indigna Vocabularia non eſſent; commodum in mentem venit Labyrinthi cuiuſdá. Et quale quale eſt munuſculum, meq̃ ipſum offerentem ad tuam ipſius animam provolutum, tibi, vt digneris, accipere, non ſum veritus ſupplicare, vt per te quiſquis introierit, ingrediatur, & egrediatur, & ianuam inveniat.

Vniver-

-Crucis

Archi-

censoris

ut extol-

a tamen

indefes-

ntius, aut

im confu-

isset volu-

librorum

perfectam

er vniver-

i laura in-

vbique lu-

s prodeat

ile reperi-

id possint.

n sibi son-

m, ex quo

Oceanum,

gitur typis

ris vberri-

tustas, nec

er maneat

n pulcher-

ræ ortodo-

ti ingenuè

Tecnológico de Monterrey

ana.

Flos, *qui ſervato nomine, nuper erat.*

En

Na

Hi

Sed qui
ſti opti
tati no
miſeric
concin
quaſi ſ
voco e

Lu
Lu
Lu
Lu
Lu
Lu
Lu
Lu

Cum i
erga te
Vocabi
Labyri
ipſum
tibi, vt
per te q
ianuam inveniat.

Tecnológico de Monterrey

Cum pietas, & amor — *Virgo* — *descendit* — *ad aulam* — *prælucet* — *Soli* — *Christicolas redimens*

Magnis gemmis illustrata
Venis Salus infirmorum,
Redemptrix Captivorum,
Refulges immaculata.

Pallas cum Laudis honore
Quasi Stella matutina,
Augusta Virgo Divina
Ornata tanto nitore.

Solis plena pulchro rore
Cum sis Cedrus, Vrbs marina,
Angelorumque Regina
Descendis lucis amore.

Angelis tota laudata,
Exultas Victrix Victorum,
Porticus alma Cælorum,
Divina ter decorata.

Prospera signa dedit — MATER — *sic signat* — *commendat* — *cingens* — *Hæc bonitas me ruit*

superans — *fautrix* — *solamen* — *succendit* — *volucres*

tutamen — *nos lustrat* — *pervenit* — *Mercedis* — *fundans*

fœcundat — *cum fatur*

Gratia tota fuit tibi fulgens indica Virgo,
Indica Virgo fuit gratia tota tibi.
Pulchra, & origo fuit tuaque insons, vt sine labe,
Vt sine labe fuit pulchra, & origo tua.

Lumine plena manes mihi Cælis Virgo MARIA,
Virgo Maria manes lumine plena mihi.
Mundus, & Orbis ovans ope cantans vtibus exstat,
Vtibus exstat ovans Mundus, & Orbis ope.

amore

concimat — *adunat* — *Cor matris*

plantat — *scintillat* — *honore* — *Sol patris* — *plausus*

vox — *luces* — *asportat* — *ab alto* — *dux fortis* — *Captos* — *&*

Dea — *iam* — *Dominum* — *collaudat* — *& auget* — *rectricis* — *radios* — *hic* — *colit*

Magnifico — *pia* — *Lux* — *Mariam* — *decantat* — *ad Orbem* — *Ductricis* — *flores* — *hinc* — *dicat* — *Æthereos*

bona — *mens* — *flammas* — *compescit* — *amoris* — *fautricis* — *muros* — *en* — *dedit*

nunc — *fœdus* — *Iam sydus* — *adorat* — *sons lucis* — *rores* — *ac*

laudes — *quæ Phœbus* — *& albat* — *mens dives* — *mores*

dispergit — *ad eras* — *splendoris*

odore

Filia tanta nites patris Alti pulsque coloe
Luminis fparsis amans, ades vt Sol munere Mater.
Filia tanta Dei tuus es tibi, & Filia tanta Patris,
Filius ipse Dei Filius ipse tuus.

Lumina fparsis amans, ades vt Sol munere Mater.
Mysticola Luna micas mihi Cælo, mystica fparsis Luna,
Tu fpecciola micas nu fpeciola tibi.

nunc semper — *mandavit* — *exaltat*

bonitas — *demonstrat* — *componit*

quæ scandit — *nam nos*

vestes — *conscribit* — *fortunat* — *pueris*

Illa mihi niveas — *pietas* — *delinet* — *se extollit* — *rudibus* — *Arma dabit pietas*

Tecnológico de Monterrey

IVDICIVM D. ISIDORI DE SARIñANA,

Facultate Sacrorum Canonum pro Regali Vniversitate Doctoris Emeriti, Parochiæ Sanctæ Veræ-Crucis vigilantissimi Animarum Custodis, atque huius Archiepiscopatus Examinatoris Synodalis, &c.

Excme. Princeps.

ETSI iure suspectum me existimare deberem, dum munus censoris hoc in opere suscipere conor, ne supra Magistrum caput extollere videar divini oblitus infallibilitatis sermonis, quia tamen tanti Principis decreto obtemperare compellor, indefessum Auctoris laborem stupefactus mirabor. Quis nisi Adamantius, aut Chalcenterus (vt de Origine aiebat Hieronymus) opus immensum consumare ausus fuisset? Quis talia, tantaque in vnum prolixè collegisset volumen, vt multorum vtilitati consuleret, nisi qui post assiduam librorum evolutionem, nactus fuisset ingentem syllabarum quantitatum perfectam peritiam, vt ipsa testantur, scripta, vt discipulorum turba per vniversum Orbem proclamat, quæ iam in Regali Academia doctorali laura insignita refulget, iam in regularibus Monasterijs resplendet, & vbique lumen spargit? Sed vt amplius, & amplius fama volet per auras prodeat in lucem hoc iucundissimum opus, in quo metri amatores facile reperire queant, quidquid in multis magno cum sudore aucupari haud possint. Prodeat iterum, inquam, in lucem, vt cupida iuventus paratum sibi fontem eruditionis inveniat, non illum commentitium Poetarum, ex quo omnes numen poesis hausisse finxere; sed verè delectationis Oceanum, ex quo dulcia manantia flumina degustare iuvabit: merito igitur typis mandare licebit, vt non duntaxat præsentibus, sed etiam posteris vberrima relinquatur doctrina, quam neutiquam valeat abolere vetustas, nec tempus, nec mors glorioſam sepeliat memoriam, sed semper maneat illæsa, ad omnesque generationes deveniat, vt nullo careat tam pulcherrimo, & copioso fructu, qui neutiquam labem contineat nostræ ortodoxæ fidei contrariam, nec moribus adversantem Christianis, vti ingenuè profiteor, & reor, *salvo meliori*. Mexici die 9. Augusti 1728.

Humilis Capellanus, & Servus.

Dr. D. Isidorus de Sariñana.

Licencia del Superior Govierno.

EL EXCMO. SEÑOR D. JUAN DE ACUÑA, Marquès de Casa-Fuerte, Cavallero del Orden de Santiago, Comendador de Adelfa, en la de Alcantara, del Consejo de su Magestad, en el Supremo de Guerra, Capitan General de los Exercitos, Virrey, Governador, y Capitan General de esta Nueva-España, y Presidente de la Real Audiencia, &c. Concediò su licencia para la impression de este Libro, visto el Parecer del Dr. D. Isidro de Sariñana, Cura mas antiguo de la Parrochia de la Santa Vera-Cruz, de la Ciudad de Mexico, &c. como consta por su Decreto de 9. de Agosto de 1728.

Fee de Erratas.

Pag. 8. column. 1. lin. 11. *remit*, leg. *redit*. pag. 13. column. 2. lin. 33. *myſtrax*, leg. *myſtax*. pag. 18. column. 1. lin. 8. *bombux*, leg. *bombax*, pag. 19. column. 1. lin. 13. *vocalibus*, leg. *vocabulis*. pag. 29. colum. 1. lin. 5. *diei*, leg. *die*. pag. 32. colum. 1. lin. 3. *aduc*, leg. *adhuc*. pag. 39. colum. 2. lin. 12. *paupes*, leg. *pauper*. pag. 41. colum. 1. lin. 27. *anuo*, leg. *anno*. pag. 44. colum. 2. lin. 39. *aptum*, leg. *apium*. pag. 47. colum. 1. lin. 29. *faturus*, leg. *fatuus*. pag. 51. colum. 1. lin. 19. *poliſſyllaba*. leg. *polyſyllaba*. pag. 55. colum. 2. lin. 18. *pedico*, leg. *pædico*. pag. 56. colum. 2. lin. 37. *quamdam*, leg. *quadam*. pag. 67. colum. 1. lin. 23. *effarſis*, leg. *effarcis*. Ibidem. *efferſis*, leg. *effercis*. pag. 68. colum. 2. lin. 25. *ad, itis*, leg. *additis*. Ibidem. colum. 2. lin. 13. *niviſti*, leg. *neviſti*. pag. 69. colum. 1. lin. 27. *per antiquioris Poetis*, leg. *per antiquiores Poetas*. pag. 77. colum. 2. lin. 23. *cecidi, à cædo*, leg. *cecidi, à cado*. pag. 80. colum. 2. lin. 36. *congruus*, leg. *congius*. pag. 87. colum. 2. lin. 16. *mulcimus*, leg. *mulſimus*. pag. 88. colum. 2. lin. 8. *anguimus*, leg. *angimus*. pag. 94. colum. 1. lin. 26. *beſaltis*, leg. *biſaltis, ſeu biſalpis*. Ibidem. colum. 1. lin. 29. *ſacerdos*, leg. *repoſtor*. pag. 97. colum. 1. lin. 29. *faſſeſſo*, leg. *faceſſo*. pag. 98. colum. 1. lin. 23. *ſubhærret*, leg. *ſubhorret*. pag. 119. lin. 11. *ſyzigia*, leg. *ſyzygia*. pag. 125. lin. 3. *in antepenultima*, leg. *in penultima*. pag. 143. colum. 2. lin. 22. *iſſent*, leg. *iſſem*. Ibidem. colum. 2. lin. 29. *faſſeſſivit*, leg. *faceſſivit*. pag. 156. colum. 1. lin. 4. *abron. abcen.* leg. *abroſ. abceſſ.* ¶ Adviertaſe, que en la Manuduccion pag. 11. lin. 23. *vetuſte*, leaſſe, *venuſte*.

CENSURA D. D. JOSEPHI FERNANDEZ

Mendez, Sacræ Theologiæ pro Regali Vniuersitate Doctoris, eiusdemque nuper Rectoris, Sacræ Inquisitionis Qualificatoris, Angelopolitanæ Ecclesiæ Portionarij, suiq̃ Capituli in hac Ciuitate Fideicommissarij, huius Archiepiscopatus, & Episcopatus Angelopolitani Examinatoris Synodalis, &c.

Domine Provisor.

QVAM V. D. præceptorum maximi semper habui intimationem, quæque ijs obtemperatio mihi vt par est vnquam aliàs arrisit, eædem modò ita me maltùm perturbarunt, vt quantum mea fides studij mihi attulit ad obediendum, tantum reverentia, & alia ferè innumera timore rationali detraxerint. Ex quo enim *Artificiosum Vocabularium Poeticum*, à R. A. P. M. Fr. Petro de Reynoso, Regalis, ac Militaris Ordinis Puritsimæ Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum, continnè elaboratum examinandum suscepi, papyrum reformidabat calamus, & ancipiti pendulus cogitatione, quò se verteret animus nesciebat: iam enim consulturum Harpocratem, ad silentij templum confugere, operæ pretium facere existimabam, quidquid verebar Quintiliani censuram huiusmodi raciturnos seria correctione obiurgantis: iam Mercurij facundiam in auxilium accersiturus florentem, quin & ideo spinarum aculeis in peruiam, decernebam adire Prouinciam: im seuerum agens censorem vtcunque dictamen exponere, non semel in animum venit: iam gratum discipulum gestiens copiosam pro posse elaborare panegyrin crebro cogitaui, quapropter secundum quidem simul, & infaustum ancipitem meæ sortis influxum vel perspectum habens, quam eidem gratulari, tam detrahere vnus cogebar. Nonne felicem, & per quàm ominatum casum haberem, qui iam præbebat ansam, vt operis Authori addictissimum, seque ab incunabilis de me benemeritum, suæ doctrinæ lacte nutritum, suum etiam prope dixerim partum in coram me possem iactare? Nonne etiam aduerso, &

vel nigerrimo fato plena iraſcerer bucca, quòd talia propalans, nec valerem beneficium opere agnoſcere, nec gratiam poſſem vllis vocibus remetiri ? Hæc omnia volutabam mecum, & aſsidua confuſione detentus tandem aliquando actum agere compertus ſum : nam qui fieri poterat vt cenſorem, qui amicitiæ vinculis ſic irretior; qui etiam vt præconem, qui Muſas hucuſque vix à limine ſalutaui tanti, Authoris agere vel præſumerem ? Præſertim cum præ oculis ſemper habuerim docentem Iuuenalem :

Noſcenda eſt menſura ſui, ſpectandaque rebus
In ſummis, minimiſque.

Cum memor fuerim Horatianæ ſententiæ :

Metiri ſe quenque ſuo modulo, ac pede verum eſt.

Denique cum eiuſdem conſilium alta manſerit mente repoſitum :

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Quandoquidé munia illa ſatis ſtrenuè obire, quouis iudice, non valerē, quanlibet Pieri fontes, Phocidiſq; fluenta hauſiſſem, nec ſi pretioſis Quintiliani floſculis abundarem, aut per gratos Tullianæ eloquentiæ riuulos ebibiſſem, quanlibet etiam fautrices Charites, Mercuriùmque ipſum experirer Patronum. Quare cum imbecillior ſim, quam vt poſsim, vel operam cenſuræ dare, vel Encomiaſtes voluptati indulgere, ne videri videar alterutrius officium ſuſque deque velle confundere, vnam eligam operis deſcriptionem contexere, qua ſui idem cum cenſor, tum etiam dilaudator habeatur.

Ergo in lucem exijt Opus quidem abſolutiſsimum, & retroactis ſæculis haud inventum. Iam enim Antonius Nebriſſenſis, Hiſpaniæ decus, & Latinæ linguæ facilè Princeps ipſius iecerat fundamenta: iam Ambroſius Calepinus, vir quidem in paucis eruditus ſuper his conſtruxerat magnificam eloquentiæ regiam, tot eruditionis lapidibus cateruatim diſtinctam, tot diuitiis refertam, tot gemmis onuſtam; tanta denique ſupellectilium varietate exornatam, vt Reginæ Palatium Eloquentiæ meritò nuncupari crediderim: duæ tantum ad eius valuas *non plus vltrà* inſcriptæ deſiderabantur columnæ, eas Author operis Herculeo næ labore iam affixit; iam artificioſo Epithe-

tórum opere, cunctorum plausu, atque admiratione vtile miscens dulci omne punctum tulerat Rabisius Textor: iam plures Epitheta, Synonima, Phrases, & alia id generis coaceruantes, gradum ad Parnasum quasi digito demonstrauerant: iá omnes magnæ notæ Authores, vt vno verbo dicam, tot is hactenus latinam linguam ditarant monimentis; deerat cretensi longè inflexus, & inextricabilis Labyrinthus, vnus Dædalus, vnus Theseus, vnus denique glomer auri; sed opus ille, operis Author isti, operis Authoris stilus. hic, ni fallor, habetur, admiratur, conspicitur. Neminem enim prope vnum inuenire esse iudico, cui non sit Author dignus, qui præponatur; cui non multum lucis ad augeat, cuius stilum non temperet si rigidum, non detegat si obscurum, non denique condiat si insipidum. Quotus enim quisque est, qui verba per modos, per tempora, per personas prolixiùs coniuget; qui nomina per numeros, per casus inflectat; qui cunctas orationis partes adeo minutat m transcurrat? Ecquis etiam, qui tanti laboris mercede Virgilij elegantiam, qui Ouidij concisionem, qui Horatij profunditatem, qui Iuuenalis salem, qui Audenij argutias, qui Martialis facetias, qui omnium omnia haud solum non calleat; sed verò etiam pro captu non facili negotio imitetur; cum ad omnes Poetas vnum sit Vocabularium hocce Manuductio, adeo, vt vel amusus puer latinæ dialecti præcise gnarus, quòd ad metrum attinet, comptè possit, & numerosè loqui.

Ad hæc quid dicam de innumeris prope modum versificandi modis, quorum metricæ dispositionis exquisita indagine haud contentus, eousque protrahit diligentiam, vt altè repetens versuum cunctorum ortus, & cunabula retegat? Scit enim, quòd inuentis addere facile, quare ardua quæque petit, & de absconditis, penèque oblitis vetustatis scriniis speciosas depromit pro communi vtilitate notitias: cuius labor ijs est, vt vix percipi queat, quomodo ipsi Author, non dicam vltimam, sed vel mediam manum imposuit, quandoquidem tot temporis, tot expeditionis, tot denique librorum molestæ volutionis expostulat, cui sedulo incumbere nescio, qui potuerit viri humana facultas adeo in imbuendis pueris per totum ferme exemplaris vitæ curriculum, eorundem cum profectu versati, vt pro requie exercitium, pro otio studium, pro solatiis ostum habuerit. Obtestor, qui adsunt, vbique Regni tanti præceptoris discipulos, quot Religionis pretiosa valdè veste decori Cœnobiorum cælos illustrant, & tanquam stellæ eruditi mul os; quot Minervæ honora multùm infula venusti sapientiæ domum occupant, & quasi exciſæ columnæ in suggestus vate locatæ mollem ædificij sustentant; quot Ecclesiæ dignitate conspicui, ceu flammantia funalia eiuldé candelabrum exornant; quot strenuo nimis

custo-

custodum animarum officio velut boni Pastores Ecclesiarum pascuam frequentant; quot, sed amphora cœpit institui, currēte rota ideo viceus exiit, quia mei me aliquando tæderet, si non qua glorior, peroptatam ansam arriperem, vt in voti anathema leve saltem tribuerem acceptæ mercedis indicium.

Sed ad propositum regredior, & censorem iterum agens, æqui, bonique consulere existimo, si opus declarem dignum, quod typis quam primum mandetur; quandoquidem, nec in minimo labe factat fidem, quin potius gloriam Dei cōmendat, & publicę vtilitati incrementum maximum pollicetur; sic censeo *salvo, &c.* Mexici 11. Maij Anno Domini 1728.

Dr. D. Josephus Fernandez Mendez.

Licencia del Ordinario.

EL SEÑOR D. FRANCISCO RODRIGUEZ Navarijo, Doctor en ambos Derechos, Abogado de esta Real Audiencia, y de Presos del Santo Oficio, Medio Racionero, Canonigo Doctoral, y actual Maestre Escuela de esta Santa Metropolitana Iglesia, Cathedratico Jubilado de Visperas de Leyes, en la Real Vniversidad, Juez, Provisor, y Vicario General de este Arzobispado, &c. Concediò su licencia para la impression de este Libro, vista la Censura del Dr. D. Joseph Fernandez Mendez, Prebendado de la Santa Iglesia Cathedral de la Puebla, &c. como consta por Auto de 13. de Mayo de 1728.

APPRO-

APPROBATIO R. P. M. Fr. JOANNIS ANTONIJ de Segura Troncoſo, olim Collegij D. Petri Paſchaſij Studiorum Regentis; deinde Provinciæ Secretarij, & Viſitatoris; poſtea huius Maximi Mexicani Conventus ſemel, & iterum Commendatoris, ac demum huius Provinciæ Viſitationis Provincialis; Sanctique Inquiſitionis Officij Qualificatoris.

Rev^me. P. N. Vicari Generalis.

IUSSERAS (Rme. T. N.) me quendam pro approbatione librum recognoſcere, quem P. Fr. Petrus Reynoſo, nunc huius Provinciæ Diffinitor, multis abhinc annis in hoc Maximo Redemptorum Conventu Præceptor Grammaticæ, in publicam cupit edere lucem meumque iudicium de illo ferre præceperas; quæ omnia meæ tenuitati fuiſſent, niſi obedientia præmeret, difficillima dictu.

In omni etenim opere non niſi peritos conſulere fas eſt, & potiori titulo in ſtrenuis ſapientiæ primordijs, quandoquidem vti Plinius aiebat: *Vt de Fictore, Sculptore, Fictore, non niſi Artifex iudicare; ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem*, quapropter exignis viribus diffidens præceptum aggredior complere; cum familiare habuerim illos duntaxat Scriptores colere, qui lucubrationes ſuas publicæ dare luci procraſtinarunt, ne criticorum aculeis exponerent, & iudiciorum fortunæ commiterent. Præſertim, quia (natura in peius vergente) infœlix hac tempeſtate Poeſis varijs agitatur convitijs; quare licet à plurimis ſit perſecuta, raris tamen faciem ſuam venuſtiſſimam revelavit; adeo vt fabula in proverbium excreverit: *Non omnibus eſt adire Corinthum.* Sed num ego vt Encomiaſtem agam antiquorum Poetarum acta me perlegiſſe confingam? Num ne Pathenium, Picolomineum, & (vt alios omittam) Theologorum Patrem Natiazenum celeberrima in poeticam Ariſtotelis commentaria ſcribentis decurriſſe affectabo, vt cenſuram ſuper opus mere poeticum exponam? Neutiquam; nam ſapientiæ huiuſmodi perdueliones pudet imitari. Num inſequar Giraldum Farrarienſen de omnibus Poetis tractantem, & iudicium de vno quoque ferentem, vt noſtrum ſcriptorem extollam?

Plin. Epiſt. 10. ad Accium.

Minime; quandoquidem tot ille laudes, laudatoresque sui meriti creavit, quot libros, discipulosque parturivit; laudent eum artis Grammaticæ opuscula, quæ olim in candidatorum vsum Nebrissensis emulus edidit; laudent eum in portis tum aliarum Religionum Proceres, tum nostræ plures laureati Minervæ fulcris, & Præsulatus clavum moderantes, tum Regali Academiæ Doctores plures, Cathedras, ascendentes, quos ipse in Gymnasio suo lactavit tyrones, filios enutrivit; pro indeque satis in Cathedra Seniorum laudent eum.

Veruntamen ne quid de opere me sentire desideres, rogatum te velim vt audias. Labor iste certè aureus mira varietate refertur verborum copia locupletatur; differentissimam pedum divisionem, ordinem, naturam, quibusque metris deservire possint accurate demonstrat; ingeniaque ad faciliorem Poeseos executionem manuducit: quare *liber iste* nedum *in adolescentium manibus vtiliter versabitur*; verum, & ipsos Parnasi veteranos, qui mactè Musas insequentes, hausto que Heliconæ guttatim delibantes, & olorum more canentes dulciter incanuerunt, clariori via, faciliori gressu, ad culmen vsque traher, ducerque.

Georg. Fabricius, in Ovit.

Nec inficias ibit, quòd aliqui eundem scriptis suis tentaverint laborem; suaque dictionaria Poeticæ deservientia prælo commiserint; & iam per *Apparatum Poeticum*, per *Amalthæum Prosodicum*, iam per *Epithetorum Thesaurum*, *Gradum ad Parnassum* straverint, vt liber hic per aliam viam in Apollineum tendat scopum: nam cum ad montem illum variæ sint semitæ, alius sic, alius verò sic non prohibetur ascendere; & præsipuè, quia illis relatis nullatenus obfuit, quòd Rabisius (huiusce methodi facile Princeps) anteiret; vt illi opera sua in eius officina conflaverint; adeo vt nec Anonimus veritus fuerit similia in facie sua scribere verba: *Ex quo Rabisij Textoris, aliorumque librorum Poeticorum subsidio destitutus facilorem carminis pangendi industriam acquiret*, hoc repetam in præsentiarum Hemistichion; nec alios improbes, vt nobis satis facias.

Et certo vbi nam gentium de eadem materia, facultateve alios, & alios quotidie in mediũ producere libros, extraneum apparebit? Nullibi sanè cum Ovidius tempore suo idem noraverit; immo ipse de quodam suo libro cecinerit: *Rebus idem, titulo differt*, quasi satis esset solius tituli varietatem induere, vt novus liber evaderet, & vt alios omittam præsertim Virgilij censores, qui illum Homeri compilatorem immurmurant; maximum solummodo Doctorem in medium adducam Hieronymum, qui accusationem furti perpessus, eo quòd non nulla Origenis loca non maculis errorum inquinata in suos libros transfudisset; ab his, & alijs emulorum convitijs volens se liberare

Ovidius de Pont. lib. 1

Teren-

Terentij sententijs vsus est; immo ex eius carminibus, quasi centonem efformavit;& inter alia hæc ad rem nostram valdè appositæ personare non renuit:

Quòd illi male dictum vehemens existimant,
Eam laudem ego duco maximam; cum illum volo imitari,
Quem vobis, & cunctis prudentibus placere non dubito.
Si enim criminis est, Græcorum bene dicta transferre;
Accusetur Ennius, Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius,
Tuliusque sed, & Hilarius noster furti reus erit, qui in Psalmos
Quadraginta fere millia versus supra dicti Origenis ad sensũ vertit.
Quorum omnium æmulari ex opto diligentiam,
Potius, quam istorum obscuram negligentiam.

Hieronym. in præfat. 2. comment. in Michæam

Auscultent amici Zoyli nedum apud Ethnicos in vsu fore, scriptã veterum accurata aliter, vel aliter in vsum studentium transcribere; verum, & Scriptoribus Sacris familiare fuisse virorum scientia meritorum oracula tum perperifrasim, tum per artem centonicam repetere, vt libros suos authoritatibus implerent, & omnigenia eruditione ditarent; & taliter moniti addiscent præsentem librum valdè vtilem stare, multumque novitatis afferre; quo facilius Iuvenes modum carmina componendi, & gustui, & auribus, grate possint accommodare. Qua propter illum typis mandare æquum erit si vestræ Revmæ. dignationi placitum fuerit, impertire licentiam. Ita censeo (*salvo meliori iudicio*) in hoc Mexicano Conventu die 6. mensis Martij, Anno Domini 1733.

Rev^me. P. N.

Addictissimus Servus tuus

Fr. Joannes Antonius de Segura
Troncoso.

Licen-

Tecnológico de Monterrey

Licentia Ordinis.

Fr. FERDINANDUS SIERRA, SACRÆ THEOLOGIÆ Magiſter humilis Vicarius Generalis harum novæ Hiſpaniæ Provinciarum Mexici, Goathemalæ, Inſulæque S. Dominici, & aliarum adjacentium Regij, ac Militaris Ordinis B. V. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Epiſcopatus Curduvenſis, & Malacitani Examinator Synodalis, &c.

Thenore præſentium, ac authoritate noſtri officij, qua in hac parte vtimur, noſtram impartimur licentiam P. Prædicatori Fr. Petro Reynoſo, Diffinitori noſtræ Mexicanæ Provinciæ, ac eiuſdem filio, & in noſtro Mexicano Cœnobio Inſtitutionis Grammaticæ publico profeſſori, ac Magiſtro, vt obtentis prius alijs de jure facultatibus; typis mandare queat Librum, cui titulus: Artificioſum Vocabularium Poeticum, *quatenus reviſum à viris doctis huius noſtræ Provinciæ, quibus commiſimus examen, puritati non opponitur fidei, quinimo floridæ iuventuti profuturum iudicatur: in cuius fidem præſentes ei litteras dari iuſſimus manu noſtra ſubſcriptas ſigillo minori noſtri officij communitas, & à noſtro Secretario refrendatas in hoc noſtro Mexicano Conventu die ſeptimo menſis Martij, Anni Domini milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi tertij, à Deſcenſu verò B. V. MARIÆ Revelatione, ac Fundatione noſtri Ordinis* 515.

Fr. Ferdinandus de Sierra,
Vicarius Generalis.

De mandato Revmi. P. N. Vicarij Generalis:

Fr. Michael Picazo,
Lect. Jubil. & Secr. Gener:

Ad

FRUSTULA POETICA.

Fruſtula nuncque Poeſeos, vt Citharista novellus,
Quæ plumà cecini, do: ſunt, & opuſcula parva:
Quæ cantata ſonant varijs comperſa camænis.
Hic ſunt (ſed breviter) quædam magnalia Patrum,
Heroum, Procerum, quorum cognovimus acta,
Ac varias res conſpiciet quis carmine pictas.
Eſt ſcopus Auctoris coniungere multa libello.
Quæque Thalia dedit, vel Clio, Muſave quævis,
Sive det ingenioſa mihi Polyhymnia cantus,
Iam Divis magnis, iam Mœcenatibus vltro,
Vt Citharista recens tremulus cantare retento;
Sed tremit ipſa manus, digiti pulſare reſiſtunt.

Ad Lectorem pietatis, & Grammaticarum litterarum ſtudioſum admonitio.

PER magni interſit mea vitiosè diſcentis, linguæ latinæ fideliter initiari, vt ætas puerilis fruſtra elaboret? Mea neſcientis, quas Grammaticæ claves, aurea compendia, poſtremò dicta, quæ Synonima, quæ Epitheta doceam, inculcare nudè, ac frigidè muſitare interſit, vt nuſquam magis ſimiles habeant labra lactucas? Non fieri poteſt, vt Proſodiæ munditiem ſibi comparet puer: nec enim is rectè quenquem erudiet, cuius ſermo vitioſus ſit: vt nulla res dat alteri colorem, quem ipſa non habet. Hoc igitur eo ſupercilio, quòd paucorum pedum æſtimatur, facio vt memet rei Grammaticæ Atlanta iactem, idque pueris miſeris perſuadeam? Nunquid tot documenta animum meum ad nonnullam ingenij oſtentationem impulſura ſunt, quibus vel Poetarum doctiſsimi tam Græcorum, quam Latinorum ipſi vtuntur, nedum Tyrones, vt ſui curam ſuſtineam, qui veluti rhamnus cupidè quidem præceptiunculas arripiens, aculeiſque peſsimè omnem Proſodiam tractans? Non dubito, quin in tanta opinionum, & animorum varietate nonnulli miraturi ſint, quædam exempla à nobis poni, quæ duriuſcula videri poſsint: ſed humanitèr ſe non ſolum cogitaturos credo, quam difficile ſit multa nova dicentem omnibus placere; ſed conſiderare eſſe etiam in Etymologia tria

esse requirenda, significationem, vel eandem, vel paulum deflexam: mutationem verecundam, à quaque aures non abhorreant: postremò exemplorum similium copiam, quorum æmulari exopto negligentiam potius, quam quorundam affectatam, & obscuram diligentiam. Quis enim doctorum nescit pueris erudiendis omnia iusto clariora esse oportere? Quorum disciplinam formanti devorandum tædium illud, tenuissimas particulas, atque omnia minuta mansa, vt agunt nutrices, in os inserendi. Itaque mihi vitio verti non debet, si commoda brevitate accedente, verborum facili enarratione pueros inescandos censui, multa ad firmius ætatis robur reservans; quibus affixis verebar ne laboris molestis deterriti, multi deficerent à musis; quorum nonnullis, vel tædij musca animum refringit, & ejcit.

Sed nescio quo fato factum dicam, ne videar meos vana spe lactassem. Methodum, vt arbitror, non incommodam, nec difficilem ad varios versus tradidi, veriùs, quam iustum pedes contexui: vt fidem meam aliquà ex parte liberarem, schedas has sub incudem revocavi, à quibus nequenquam obscuritas reijceret: pene singulas orationis partes, ratione contexendæ Prosodiæ accidentibus ad id significandum maximè accommodatis ratione inflexionum reddidi, doctorum vsus consilio, vt sine vllo errore pueri latinè loquerentur, eoque adminiculo facilius memoriæ adhærescerent, loca Auctorum, quæ veluti sua fide interserta fuere, indicando. Quòd quidem opusculum in præsentia ad te mitto: pusillum quidem, & novum, sed non pusillum vtilitatis allaturum nostræ, nec laudaturus sum, nec cui videar arrogantior, nec vituperaturus, ne parum candidus habear. Verum hæc præfari vitium est, ne post hac quisquam, vt meum amplectatur, quòd ipse Vocabularia mihi non assero. Scis in præceptis, brevitatem placere Flacco, cuius sententiam, & ipse vehementer approbo.

Hærebant nostrates tanquam insolebra, quoties ad syllabarum quantitates veniebatur, in *primis*, & *medijs* præsertim, quòd quid sequerentur, satis ob oculos non haberent. Eademque de causa duo de triginta Vocabularia reposui ad omne pedum genus, quo facilius, expeditiusque, quid in vniuscuiusque coniugationis temporibus, mutatione, additione, detractione (pro vt Analogiæ ratio postulat) ponendum esse, agnoscerent, & ad ea, quæ minus difficultatis præseferunt, minusque temporis requirunt, animum adjicerent. Terminationum item Sypnosin ad marginem subjeci, quo vno quasi obtutu tota Vocabularij series appareret. Tum sanè intelligent studiosi, quanto studijs litterarum emolumento, atque ornamento, ea Prosodia sit, quæmque nullo pene negotio cognosci, atque ediscì possit, vt omnes etiam non tolum intelligant, sed oculis etiam ipsis perspiciant, quam apte,

apte, conuenienterque, tum pedes in Vocabularijs, tunc ex cellulis Paradigmatum excerpti, ad Metra indicanda sint collocati, & quàm distinctè, ordinateque syllabarum quantitates facile sciantur, vt ratio postulat. Appendicis loco tabellas aliquot maiori ex parte novas omnino, & adhuc inusitatas proposui regulis nonnullis, quibus omnia, quæ in Metro continentur, in Paradigmatis dicto citius reperiantur: ita vt Versus cuiusque generis construantur: ita enim fiet, vt nihil amplius desiderari posse videatur, quòd ad Metra, idoneamque Itagogen pertineat. Quin etiam si legitimos pedes propius inspicias, hoc, quòd dico, intelliges: Diligenter memoriæ mandandi sunt pedes, ex quibus Metra conficiuntur, atque ideo hoc loco, qua possimus brevitate de Metris disputabimus. Vt autem Carminum demensio incōfusa, & illībata servetur, & ab studiosis adolescentulis sæpius etiā propria manu describatur, vt syllabarum & accentuum, proportionumque ratione eo melius norint, & diligētèr, operà datà, rectè pronunciare condiscant, etiam quo ad Spondei, & Dactyli collocationem, maximè in Versu Heroyco appositā, additi sunt duo de triginta pedes in Tabellis assignati, vt sin radices Metri.

Præcipua autem Metra sunt, Hexameter, Pentameter, Saphicus, Gliconicus, &c. inter quos idem numerus pedum interijcitur. Quadere radices Hexametri statuuntur à nobis in Tabellis Centuriæ primæ: Propterea, quòd pedum ordo rectius duas, & triginta Figuras Heroyci demonstrat, & ad Metra extruenda magis accomodate, vt ex eis, quæ dicturi sumus, perspicuum fiet. Quo pacto autem huiusmodi pedes in Tabellis collocati dicto citius Metra indicare possint, nulla factà mutatione, planum fiet ex eis, quæ sequuntur; sed primo loco, qua arte, ac industria per pedes Vocabularij disponantur, docendum. Quòd vt commodius fiat in singulis versibus, Paradigmata apposuimus in Manuductione.

Etsi ad figuras cuiusvis Carminis inveniendas regulis generalibus non indigemus, cum eas sine regulis generalibus, multo facilius reperire possimus, vt paulo post dicemus: tamen vt syllaba ab Auctoribus artis hoc vsque tempus observata in Metris inveniendis aliquo modo retineatur, trademus primum viam, qua Carmina cuiusvis generis ex regulis generalibus inventis reperiantur; deinde, quæ ad partium declinationem, coniugationemque, a que proprietatem agnoscendam attinent, posuimus: postea sub coronidem in calce cuiusvis Vocabularij pauculas Carminum Figurarum præceptiones redegimus: sic enim citius, quam multis, & longis definitionibus rationem accentuum discent; cum quæ sunt oculis subiecta fidelibus, acrius irritent animum, quàm quæ per aures demissa.

Quà

Qua conuenientia, & similitudine animadversa facilius multo discentur, & memoria retinebunt carminum Paradigmata. Vt autem Tyronibus materia suppetat, in qua legenda, & relegenda, & sita necesse sit, describenda, sese exerceant, adieci formationes faciliores, atque terminationes sub finem cuiusque Vocabularij; aliquot versus cum numeris arithmeticis in quibus sat manifesta diligentiæ,& profectus sui documenta edere poterunt,ita enim perceptà iam quantitatis dulcedine, illecti sponte suà, & alacres Magistri ad laudem, & decus præeuntis vestigia persequentur, quæ eo erunt amabiliora,atque optabiliora,quo magis etiam exornabiliora pietate,morumque bonitate. Hæc tu æquiboni consule, ac siqua perspicuitas ad ea, quæ memoro, accesit,ea ad iuventutis vtilitatem vtere. Vale.

R. P. M. Fr. MICHAEL DE TORRES, OLIM IN Angelopolitano Conventu semel, & iterum Commendator, & Regens, S. Inquisitionis Officij Qualificator; in laudem Auctoris Condiscipuli, & antiqui amici sui corde potius, quam chorda occinuit.

EPIGRAMMA.

Cana sonat, nam rupta diu, nec consona cantat
Musa; sed arridet, dummodo pulsat amor;
Vt librum valeam laudare è gurgite pleno,
Ipse Auctor numeros conferat, atque sonos;
Ore Manu ducens, *ad culmen tollis olimpi,*
Et voce, & calamo carmina culta Lyra
Metiris (PETRE) *immensum, methodosque reformas:*
Edoceas Quanta; *Musa, nec vlla valet.*
Ergo te extollat, laudet te grata Minerva
In lucem cupiens, lumen, vt addat, Opus;

R. de N. S. de la Merced que se venera en el Altar M.
de la Conquista de Mexico.
Adquirion de un Religioso mercenario Siervo de la S.

Tecnológico de Monterrey

R. de N. S. de la Merced que se uenera en el Altar M.r
de su Convento de Mexico.
A devocion de un Religioso menor Siervo de la S.

MANUDUCTIO

Ad duode triginta Vocabularia Poetica:

IN SEPTEM CENTURIAS DIVISA;

Methodo brevi & facili aſſequendæ, & tradendæ Proſodiæ:
ſeu Syntagma tabellarum pro metris cuiuſlibet
verſuum generis inveſtigandis.

CENTURIA PRIMA.

De carminis Heroici artificio diſpoſiti, & diſtributi per duode triginta pedes legitimos.

HEroes, proceres laudant heroica Clius
Carmina, quæ pedibus ſex conſtant arte canora;
Vel Digitis mixtis *Spondeo*, aut omnibus æquis,
Vt quinta regione ſonet ſic *Dactylus*: inde
Spondeus regione ſimul ſit carmine ſextus.
Materiæ gravitas ſolet & regione locare
Spondeum quintà patiter: pede *Diſpondeo*
Inſonat, & pulchrè verſus ſi *Dactylus* adſit,
Cui quaſi continuo *Choriambus* in ordine iunctus
Sit, velut ingenio datus, ut comes ipſe pedeſter:
Poſtea ſit que ſonans *Anapæſtus*, ſyllaba longa:
Dactylus inde ſonans breviter, ſed dulciter auri.
Sive *Moloſſus* ibi prior, aſt *Anapæſtus*, & inde
Spondeus; ſequitur pòſt ſyllaba longa vetuſte,
Unde pedes mixti: quintus ſed *Dactylus*, & pòſt

Spondeus claudens in verſibus omnia luce.
Clauditur & verſus pompoſus dulciter arte.
Sæpe cadit cæſura bene in regione ſecunda,
Menſuræ verſus, numeris nexi, atque coacti:
Pyrrhichius ſequitur, pòſt ſyllaba longa videtur,
Atque *Anapæſtus* erit: *Spondeus* & inde ſonabit
Feſtivi ſeno pede, & *Hemiſtichia* cantus.
Dulciter hos verſus cantabit amicus amicis:
Nunc advertat, amansque poeſeos undique cantans:
Vincula ne rumpat, liget ipſe ſed arte catenam,
Quaque catenentur ſic ipſa Vocabula lingua.
Carmine peccat cantor, ſi non nomina texat.
Captivos redimens Vates ſermone ſoluto,
Voce Redemptor erit linguæ, non corde Redemptor:
Chriſticolas ſolvat, non nomina voce Poeta
Verba ligata ſonent: ſic captus amore ſolutus.

Quo artificio duæ & triginta Figuræ Heroici in tabellis deſcribantur.

EX *Spondei*, & *Dactyli* legitimorum pedum variatione verſus *Heroicus* recipit duas & triginta figuras: quarum tres ſunt modi. Primus modus eſt *Monoſchematicos*, id eſt, unius figuræ: habet figuras duas: alteram, ex *Spondeis* omnibus; ex quinque *Dactylis* alteram. Secundus modus eſt *Pentaſchematicos*, id eſt, figurarum quinque: habet figuras decem: quinque cum unus *Spondeus*, quatuor inter *Dactylos* variatur: & item quinque cum unus *Dactylus* inter quatuor *Spondeos*. Tertius modus eſt *Decaſchematicos*, id eſt, figurarum decem: habet figuras viginti. Decem, cum duo *Spondei* inter tres, *Dactylos* variantur: totidem cum contra duo *Dactyli* inter *Spondeos* tres. Erunt itaque figuræ *Heroici* verſus primi modi duæ: Secundi decem: Tertij vïginti, atque omnes ſimul duæ & triginta. Quod ut commodius fiat, in ſingulis verſibus Paradigmata appoſuimus ad eorum intellectum.

Duæ Figuræ primi Modi.

Prior ex omnibus *Spondeis*, & duodecim syllabis conficitur. *Monoschematicos* versus.

PARADIGMA I. *ex illo Lucretij in 6.*

Molossus Vocab. 6.	Spondeus Vocab. 2.	Molossus Vocab. 6.	Spondeus Vocab. 2.	Molossus Vocab. 6.
— — — Ancoelum	— — nobis	— — natura	extera —	— — ultra	— — — corruptum

PARADIGMA II. *ex illo Virgilij.*

Molossus Vocab. 6.	Spondeus Vocab. 2.	Spondeus Vocab. 2.	Spondeus Vocab. 2.	Molossus Vocab. 6.
— — — Aut levis	— — lances	— — lento	— — ducunt	— — — argento

Posterior Figura, quæ cum quinque *Dactylis* confecta sit, & septendecim syllabis, invenitur *Monoschematicos* versus.

PARADIGMA I. *ex illo Virg. Æn. lib.* 10. *Vers.* 1.

Dactylus Vocab. 8.	Choriambus Vocab. 18.	Pyrrhichius Vocab. 1.	Choreus Vocab. 4.	Amphibr. Vocab. 9.	Bacchius Vocab. 11.
— ∪ ∪ Panditur	— ∪ ∪ — in te re a	∪ ∪ domus	— ∪ omni	∪ — ∪ potentis	∪ — — olympi

PARADIGMA II. *ex illo M. Vlate lib.* 1. *lem.* 12. *V.* 27.

Dactylus Vocab. 8.	Pæon. 1. Vocab. 21.	Dactylus Vocab. 8.	Dactylus Vocab. 8.	Dactylus Vocab. 8.	Spondeus Vocab. 2
— ∪ ∪ O puer	— ∪ ∪ ∪ Angelice! extare	— ∪ ∪ en bene	— ∪ ∪ de buit	— ∪ ∪ Angelus	— — esse

Decem

DUÆ ET TRIGINTA FIGURÆ HEROICI.

Decem Figuræ ſecundi Modi.

Priores quinque, cum *Spondeus* inter quatuor *Dactylos* variatur. *Pentaſchematicos* verſus ſedecim ſyllabarum.

FIGURA I.

Spondeus quatuor *Dactylis* præpoſitus.

PARADIGMA I. *ex illo Virgilij Æn. lib.* 1. *V.* 10.

Moloſſus	Pæon. 3.	Iamb.	Pæon. 3.	Bacchius
Vocab. 6.	Vocab. 23.	Vocab. 3.	Vocab. 23.	Vocab. 11.
— — —	⏑ ⏑ — ⏑	⏑ —	⏑ ⏑ — ⏑	⏑ — —
Inſignem	pi e ta te	virum	tot a di re	labores

PARADIGMA II. *ex illo M. Vlate Diag. lib.* 1. *lem.* 7. *V.* 1.

Moloſſus	Anapæſtus	Anapæſtus	Pyrrhichius	Choreus	Bacchius
Vocab. 6.	Vocab. 7.	Vocab. 7.	Vocab. 1.	Vocab. 4.	Voc. 11.
— — —	⏑ ⏑ —	⏑ ⏑ —	⏑ —	— ⏑	⏑ — —
Succedunt	la chrimæ	la chrimis	rigat	o ra	Pu e llus

FIGURA II.

Dactylus antepoſitus *Spondeo* tribus *Dactylis* præpoſito.

PARADIGMA I. *ex illo Virgilij Æn. lib.* 1. *V.* 1.

Choreus	Pyrrhich.	Moloſſus	Anapæſtus	Pæon. 3.	Bacchius
Vocab. 4.	Vocab. 1.	Vocab. 6.	Vocab. 7.	Vocab. 23.	Vocab. 11.
— ⏑	⏑ —	— — —	⏑ ⏑ —	⏑ ⏑ — ⏑	⏑ — —
I lle	extre mit.	e go	qui quondam	graci li	modu la tus	a ve na

PARADIGMA II. *ex illo M. Vlate Diag. lib.* 2. *lem.* 7. *V.* 11.

Choriambus	Spondeus	Pæon. 3.	Pæon. 2.	Spondeus
Vocab. 18.	Vocab. 2.	Vocab. 23.	Vocab. 22.	Vocab. 2.
— ⏑ ⏑ —	— —	⏑ ⏑ — ⏑	⏑ — ⏑ ⏑	— —
En pa tu it	campus	ſpa ti o ſa	vel a re a	la tè

FIGU

FIGURA III.

Duo *Dactyli* præpositi *Spondeo* alijs duobus *Dactylis* præeuntibus.

PARADIGMA I. *ex illo Virg. Geor. l. 3. V. 1.*

Dactylus Vocab. 8.	Choreus Vocab. 4.	Iambus Vocab. 3.	Spondeus Vocab. 2.	Pæon. 3. Vocab. 23.	Bacchius Voc. 11.
— ◡ ◡ Te quoque	— ◡ magna	◡ — Pales,	— — & te	◡ ◡ — ◡ memorande	◡ — — canemus

PARADIGMA II. *ex illo M. Ulate Diag. lib. 2. lem. 7. V. 67.*

Choreus Vocab. 4.	Iambus Vocab. 3.	Anapæst. Vocab. 7.	Spondeus Vocab. 2.	Pyrrhich. Vocab. 1.	Dactylus Voc. 8.	Spondeus Vocab. 2.
— ◡ Magna	◡ — viri	◡ ◡ — Pietas	— — toto	◡ ◡ spati	— ◡ ◡ abitur	— — orbe

FIGURA IV.

Post tres *Dactylos Spondeus* præpositus uni *Dactylo*.

PARADIGMA I. *ex illo Virg. Æn. lib. 1. Vers. 1.*

